UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S. Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè, ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac sumptu haud ita modico ...

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

Qvod mysterium sanctæ trinitatis thesaurus sit desyderabil[is], & quod thesaurus in agro absconditus sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71860

Visual Library

tu nimiꝶ pro bona uoluntate penè indoluiſti, quod non haberē quod per illū deportari poſſet ad ueſtigia ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, de materia huiuſcemodi, ut eſſet q̄ſi margarita ſuper opus illud, quod (ut tu putabas) uelut auꝶ ille exoptauit, & ſecū tulit, uidelicet explanationē in ſex priores ex. XII. prophetis. Exemplar illud te agente & illo expetente amiſi, ſicut & cætera multa noſtroꝶ operū exemplaria, q̄ tu profectus in epiſcopatū abſtuliſti. Cū ergo poſtulatū ingredi uellē de gloria ſanctæ trinitatis, memoria ſimul illius diei mentē tetigit, uiſumq; eſt augmentū fore qualiſcunq; utilitatis, ſi ſimul in procurſu eiuſdē operis dulcedinē ſermonis permiſcerē ſecundū hanc materiā de proceſſione ſpūs ſancti. Fateor quia mox, ut occurrit mentio ſiue ſuggeſtio hæc (quæ utinā ipſius ſit paracleti, de quo dn̄s: ille uos (inquit) docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcūq; dixero uobis) ualde cōplacuit, faciēq; mentis ad occurrēdū ſibi deliniuit, & hilarē effecit. ¶ Sed quomodo Iudæo cōpeteret hic ſtare in dialogo (ut ille amicus poſtulauit) ante faciē Chriſtiani reuelata facie cōtemplantis † ſanctæ trinitatis: & quæſtiones proponere, quarū ſolutione magis ac magis reueletur uultus Moyſi: cū ille à prima reuelatione ſtatim fugere cōſueuerit? Amoto itaq; illo, ſola cū quiete & tranquillo ocio ſacras peragret paginas Chriſtiana fides, quatinus & ille non interturbet, & tu Chriſtiane nihilominus habeas qđ cupis, quantum per nos deo iuuante fieri poteſt.

Iohan. 14.

al's † gloriam

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE GLORIFICATIONE TRInitatis, & proceſſione ſancti ſpiritus. Liber I.

¶ Quod myſterium ſanctę Trinitatis theſaurus ſit deſyderabilis, & quod theſaurus in agro abſconditus ſit. Caput I.

THESAVRVS DESYDERABILIS TV nobis es ò admirabile myſterium Trinitatis, & theſaurus abſconditus quidē, ſed taliter, ut inueniri poſſis ab hoīe attento qui te quærit, illuminatos per fidē habens ſuæ mentis oculos. Vbi eñ theſaurus ille abſconditus eſt? in agro. Sic etem̄ dn̄s ipſe dicit in Euangelio: Simile eſt regnū cœlorū theſauro abſcondito in agro. Mira res. Non in ſacculo, non in diuerſorio, nō in cubiculo intra cubiculū, ubi ſolent homines abſcondere theſaurū ſuū, quia de furibus ſoliciti ſunt, ſed in agro, id eſt, in propatulo. *Qualis (rogo)* hæc eſt abſconſio, abſconditū eſſe in publico? At tamē ita eſt, & oīno uerū eſt. Hoc opus nunc ſuſcepimus, & hæc præſentis operis noſtri eſt intētio, demonſtrare, q̄liter uel quo theſaurus iſte ſit abſconditus in agro. dicamus ergo, quoniā theſauꝶ iſtū ſolis cæcis abſconditū inuenimus nos: & hunc oculos habentibus, qui tamen forte nōdum ſatis uiderūt, & uidere uolūt, quaſi p̄tento demonſtremus digito.

Math. 13. Theſaur⁹ abſconditus in agro.

¶ Quod ſancta veteris inſtrumenti ſcriptura ille ager ſit, & quā ob cauſam conuenienter agri nomine ſignificata ſit. Caput II.

AGer iſte de quo propoſuimus: ſancta ueteris inſtrumenti ſcriptura eſt. Et recte dicitur ager: quia profectò res publica eſt. res in aperto poſita, & cunctis hominibus, immò populis omnibus, legere uel audire cupientibus, propoſita eſt. Hinc eſt illud in pſalmo ueraciter dictū. Dominus narrabit in ſcripturis populorū. Quid nāq; eſt qđ dicit in ſcripturis populoꝶ, niſi ac ſi diceret, in ſcripturis q̄ populis expoſitæ ſunt, uel q̄ à populis oībus legi poſſunt? Quod ut diceret nō fuiſſet neceſſarium niſi eſſent quædā ſcripturæ ſiue quædā ſcripta q̄ nō ſunt populorū, uerbi gr̄a, ſcripta Platonicorū: ſcripta Ariſtotelicorū. Nimirū ad diſtantiā eorū, q̄ illi ſcripſerūt, ſcripturę ſacrę recte dicūtur ſcripturæ populorū, qa uidelicet pp̄los, id eſt ſimplices, à ſuimet lectione nō repellūt

Pſal. 86. Scripturæ populorū ſacra Biblia.